Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

in omnis dei oculos hoc est uictima ostendit. In eo enim quod pecorale sacri
ficium agebat quod alio populus in deuotione suis cordis immolabat. Mouendum uero quod
.iiii. mense ad holocaustum fuisse memorant. quia uidelicet uestibuli interioris
et memorant. ut de reliquis .iiii. exterioris uestibuli sentiam. quia ad sacrifi
cium extructe fuerant non ad holocaustum. Holocaustum enim sic precedam ita locu
tione professus suum totum incensum dicit. et lex quidem diuina
mandata custodiri precepit. ab alienis rerum concupiscentia cessari. nam omnia
dimitti iubet. In testamento autem nouo nos uerras ecclesiae dicens. Nisi quis re
nuntiauerit omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus. atque item dicit. Qui uult
post me uenire abneget semetipsum. Mense quarto interioris portae holocaustum ha
bent. quia in uetere testamento nouo testamento quasi pro holocaustum omnia incendimus. quando
omnibus quae huius mundi sunt renuntiamus. Mense quarto uestibuli exterioris sacrifi
cium habent sed holocaustum non habent. quia praecepta legalia decimas offerri iubet.
sed dimitti omnia non iubet. De interioris autem uestibuli quinto mensis dicit. ut
immolet super eas holocaustum et pro peccato et pro delicto. Hoc enim inter peccatum
et delictum distat. quod peccatum est mala facere. delictum uero est bona derelinquere.
quae sumopere sunt tenenda. Vel certe in opere peccatum est. delictum uero in cogitatio
ne. Recte quarto interioris portae .iiii. mensis immolat holocaustum et pro
peccato et pro delicto. quia quicquid potuerit hoc presens secum plene exercere
et derelinquere omnia. semetipsum deo holocaustum dare. ipse iam perfecte no
uit et peccata operis plangere et delicta cogitationis. Et quia malum fecit. Et quia
bonum quod facere debuit non fecit. Et enim totum dimisit culpas suas in fletib;
iam liberi conspicit. Cuique ei mente trina cura non preuenit. pope simul et
cogitatione plangendo mente sua omnipotenti deo quod aliquid quasi holocaustum de
dit. Hac hoc ratione uidet extinctum. quod apha cum latere exteriori diceret. et
ostium portae nominaret dicens. et ad latus exterius quod ascendit ad ostium por
tae addidit. quia pertinet ad aquilonem. Dum enim ascensum nominat. porta aquilonis
interiorem designat. per quam sancta ecclesia ac testamentum nouum predixum figu